

et cogitabat qualis esset ista salutatio. **E**t ait an-  
gelus ei **N**e timeas maria enim gratiam apud dominum  
**E**cce concipies et paries filium: et vocabis nomen eius  
Ihesum. **H**ic erit Magnus et filius altissimi vocabi-  
tur. **E**t dabit illi dominus deus sedem aucto-  
patris eius et regnabit in domo iacob in eternum  
et regni eius non finis. **D**icit autem maria ad an-  
gelum. **Q**uomodo fiet istud quoniam virum  
non cognosco. **E**t respondens angelus dixit  
ei. **S**piritus sanctus supueniet in te et virtus  
altissimi obumbrabit tibi. **I**deoque quod nasci-  
cetur ex te sanctum vocabitur filius dei. **E**t  
ecce elisabeth cognata tua ipsa concepit filium  
in senectute sua. **E**t hic mensis est sextus illi  
que vocatur sterilis: quia non erit impossibilis  
le apud deum omne verbum. **D**icit artem  
maria ad angelum. **E**cce ancilla domini  
fiat michi secundum verbum tuum.  
**M**aria mater gracie mater misericordie tu-  
nos ab hoste protege in hora mortis nos  
suscipte: et ab omni malo nos defende. amen.